



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 8. Petri Ciaconii extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

a summo Pontifice plurimi habebatur, hinc ab eodem Ecclesiam Cosentinam obtinebat, quam tamen quarto post anno dimiserat. Denique regnante Gregorio XIII. in Gallias ad Carolum Regem IX., ut fugatis hæreticis, arma contra Turcarum Tyrannum caperet, Legatus, atque inde in Urbem reversus, Belgarum protector, & Signaturæ Brevium Præfectus seligebatur, dum vero infirmam valetudinem refecturus, Neapolim ad Puteolana balnea contendit, decima quinta Kalendis Augusti, anno a partu Virginis millesimo quingentesimo octogesimo primo Neapoli apud Pizzifalconem, anno ætatis quinquagesimo primo vitæ concessit.

§. VIII.

*Petri Ciaconii extrema.*

Pariter ad eundem annum refertur obitus quorundam Scriptorum Ecclesiasticorum, quorum primus erat Petrus Ciaconius Presbyter Hispanus anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo quinto Toletus natus, qui primævam sui ingenii propensionem ad literas secutus nequidem suorum parentum, qui tenuis erant fortunæ, subsidiis adjutus Salmanticam contendit, ubi studiis vacans, percursoque Philosophiæ, & Theologiæ studio

*Nicol. Ant. in Bibl. Hisp. Dupin. Bibl. des Aut. Eccl. 16. Siecl. 4. part. p. 424.*

*Hist. Eccles. Tom. I. B insu*

Sæcul. XVI. A. C. 1581. insuper Mathematicis disciplinis, ac linguæ græcæ operam navabat: cum vero ibidem officium suis meritis congruum adipisci desperaret, regnante Gregorio XIII. sub primis ejus Pontificatus auspiciis Romam pervenit, ubi decretum Gratiani elaborare jubebatur, cum nova illius editio aptis correctionibus, quæ plurimum commendantur, ab eodem additis aucta adornaretur: insuper Ciaconius Arnobium, Tertulianum, Octavium Minutii Felicis, & Isidori Etymologias, Cassianum, pluresque alios Scriptores annotationibus illustrabat, simulque operam suam in emendando Calendario unacum Clavio impendens hac de re tractatum elucubravit, ut antiquum Julii Cæsaris Calendarium romanum explanaret: edidit quoque explanationem suam circa inscriptionem antiquæ columnæ rostratæ, quæ Romæ in Ducilii honorem erecta visitur: insuper scripsit præter tractatum de ponderibus, mensuris, ac nummis aliud opusculum de more, quo veteres mensuræ assidebant, cui tractati titulum inscripsit *de Triclinio Romano*: Attamen nullum ferme opus eo adhuc vita superstite typis impressum prodiit. Ceterum a Sirleto, Antonio Caraffa, & Baronio Cardinalibus singulari benevolentia honorabatur, ac cum omnibus

Sæcul. XVI.  
A.C. 1581.

præfatam Abbatiam adeptus eo secessit, ibidemque opera, quæ posteris reliquerat, elucubravit, præcipue autem sancti Gregorii Nazianzeni opera iterato prælo excusa ex græco latine reddidit, simulque latinitate donavit tres primos libros sancti Isidori Pelusiotæ, necnon varios tractatus sancti Joannis Chrysostomi, Divi Basilii, & sancti Joannis Damasceni: insuper plures græcos Patres, cum hujus linguæ peritia emineret, egregiis illustrabat adnotationibus, ac latini sermonis facundia insignis, necnon humanioribus literis apprime excultus vastam antiquitatis tam sacræ, quam profanæ eruditionem possidebat, facillique vena Latinos æque, ac Gallicos versus canebat, ideo suæ poeticæ artis plura specimina haud sane contemnenda ad nos transmittabat. Depique hoc anno die vigesima quinta Decembris, seu juxta aliorum Scriptorum relationem, vigesima secunda Novembris annos nonnisi quadraginta septem natus, extremam clausit diem, dum Parisiis in Genebrardi Doctoris, atque amici sui ædibus morabatur. Corpus ejus ad sancti Severini Ecclesiam delatum ibidem terræ mandabatur.

nibus, quos tum Europa tulit, Viris Sæcul. XVI.  
 scientia celeberrimis arctum literarum A.C. 1. 81.  
 commercium fovebat, postquam vero  
 a Gregorio XIII. Hispalensis Canonicus  
 creabatur, ibidem aliquot annis com-  
 moratus demum Romam reversus est,  
 ubi etiam hoc anno a Christi nativitate  
 millesimo quingentesimo octogesimo pri-  
 mo, ætatis vero suæ quinquagesimo  
 sexto naturæ debitum solvit.

§. IX.

*Billii Abbatis fatum.*

Alter erat Jacobus Billius Abbas sancti Mæus de  
 Michaelis in Herma, Vir suo ævo Script. Eccl.  
 doctrina clarissimus. Hic Guisæ qua- Sanmarth.  
 dam Picardiæ Urbe, cujus Guberna- in elog. 1.3.  
 tor erat ejus parens Ludovicus Billius  
 Carnutenſis, natus erat, & fratrem ha-  
 bebat natu majorem nomine Joannem,  
 adolescentem meritorum gloria prorsus  
 singularem, qui, cum in secessu Car-  
 thusiano severiorem vitam agere medi-  
 taretur, Jacobo fratri suo sancti Michae-  
 lis in Herma Ordinis sancti Benedicti  
 Abbatiam, cui præerat, cessit, ac in-  
 ter Carthusianos raro virtutum exem-  
 plo, atque exactæ disciplinæ studio cla-  
 rus usque ad annum Domini millesi-  
 mum sexcentimum decimum vitam  
 produxit, suisque libris, ac probitate  
 celebrem sese reddidit: Jacobus vero  
 præ-

B 2

præ-